



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De emptione & venditione. Consilium CCCVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

rendam hanc cistam ex Civitate Brugenſi Lovanium neceſſarierant. Sed fruſtrā: cū enim Rea aſſerat, iſtam hanc cum rebus periſſe, tranſlationis non erat occaſio, & convertitur faciendi obligatio in pecuniariam aſtimationem & præſtationem, *l. Si quis ab alio §. ſin. de re iudic. l. ſtipulationes non dividuntur §. Celfus de verb. obligat. Anno Cravetta conſ. 12. vol. 1. ad quam ſumptu nullo opus eſt, cū Lovaniſ ſit facienda, ubi utraque pars habitat, & hæc promiſſio facta eſt; ex qua ut promiſſor in loco contractus forum ſortitur, *l. Hæres aſſens §. 1. & §. apud Labeonem de iudic. ita quoque ibi exigi poteſt & ſolvere tenetur, Bart. in l. Quod ſi pteſi nu. 2. de eo quod certo loco &c.* Et caſu quo extaret ciſta, & res illi inclufa (quod Actor ſuſtinet) non ob id poſſet Actor dici malè egiſſe, non oblaſis ſaltem prius expenſis; cū Rea id nuſquam hæcenus petierit, & nec nunc quidem petat: imò petendo in manifeſto mendatio, & irreconciliabili contrarietate ſe conſtitueret; cū aſſerat ciſtam non eſſe reperiibilem, & ſi reperiibilis eſſet, & Rea parata eſſet ciſtam integram, ut depolita fuit, reſtituere, ratione ſumptuum poſſet illam retinere, ſi in illa reſtituenda moram non feciſſet, ut nimis aperte per hanc litem facit, poſt malam in illius cuſtodia verſationem, *l. ult. D. Depoſiti*, præſertim quod Actor hanc ciſtam Bragiſ non depoluerit, nec ut deponeretur, aut illuc transferretur mandaverit vel conſenſerit; ſed per temeritatem fratris Ludovici ac Rea ejus matris improbato modo tranſlata, & per Ream non meliore fide ſulcepta, & non ex bona fide aperta fuit; rebus in ea malo more contrectatis: idcirco ſuo non Actoris ſumptu ad locum unde ablata fuit per Ream reſtitui merito debeat, *l. Cum reſper. ſed ſi res alibi Delegat. 1.**

Quæ omnia ſatis agnoſcens Rea poſt peractam, ſed vere deſperatam cauſam, ad beneficium reſtitutionis in integrum confugit; exhibitio ad id ſupplente libello: cujus concedendi in genere etſi ſit poteſtas venerabili Domino Conſervatori, ut Iudici Apoſtolico ad univerſitatem cauſarum dato: in ſpecie tamen præſentis caſus vix eſſe poteſt; in qua nulla proponitur reſtitutionis cauſa, quæ concurrere debet, ut maior viginti quinque annis in integrum reſtituatur, *l. 1. in fine Ex quibus cauſ. maiores &c.* perinde quoad ſecundam ut maſculum: quia mulier adverſus ſuos contractus numquam reſtitui poteſt, niſi ex cauſis & in cauſibus à jure expreſſis, *l. ult. C. de iur. & facti ignor.* qualis nulla per Ream petentem hanc reſtitutionem proponitur; & quam expreſſit, quod ſcilicet caſu fortuito ex rapina militum hæc ciſta cum rebus perierit, nulla ratione probatur, ut iam deductum eſt. Ita ut deſiciente juſta reſtitutionis in integrum cauſa, cellare debeat reſtitutio petita, & D. Iudicis officium ſuper ea imploratum, *c. Cum ceſſante de appellat.* Partes itaque Venerabilis D. Iudicis eſſe petamus, ut Ream ſecundum petitionem & intentionem Actoris per omnia condemnet.

De emptione & venditione.

SUMMARY M.

Venditio pecunie.

1. Delicti qualitas alleganda & probanda.
2. Preſumptio retorquet onus probandi contrarium in adverſarium.
3. Pauperis allegata probari debet per allegantem.
4. Negativa facit quando probanda ſit per eum, qui allegat.
5. Fideiſſor pacificendo Reo præiudicare non poteſt.
6. Confeſſio falſa non nocet.
7. Confeſſio in carcere facta quando non nocet.
8. Statuti mens eſt ipſa ratio.
9. Conatus in excoſtiant ſui non puniuntur.
10. Statutum de eſſente frumentum an habeat locum in deprehenſo extra fines.
11. 13. Conatus quando puniuntur.
12. Atrox delictum quod ſit.
14. Delicta ex propoſito metri oportet.
15. Cauſa etiam inuſita in delictis excuſat.
16. Pecunie emptio an ſit.
17. Collybus quid ſit.
18. Campſoria negotiatio licita eſt.
19. 24. Statuta nova quando forenſes afficiant.
20. Solidorum uniforme & immutabile debet eſſe præſertim.
21. Aſtimatio nummorum extrinſeca creſcit.
22. Conſtitutio nova principis non acceptata an liget.
23. Deſuetudo quomodo inducatur.
25. Conſtitutiones principum ignorare non licet.
26. Cauſa prohibitionis ceſſante ceſſat, bitio.
27. Delicti non eſt præſumptio.
28. Fideiſſor abſolutio Reo vel ſite mortua liberatur.

CONSILIUM CCCVI.

VLSIS actis, ac ultro citroque allegatis, in cauſa ſeu lite per Marckgravium Oppide Antverpenſis inſtituta adverſus Ioannem van Mechelen Reū principalem & Ioannem Duym ac Stephanum Smit fideiſſoriorum nomine Reos, ex eo capite, quaſi dictus Ioannes van Mechelen contraveniendo conſtitutioni Cæſareæ Maieſtatis anni 1546. latæ adverſus eos, qui Regiæ Maieſtatis monetam ſeu denarios cœmunt ac comparant, & inde alibi alios nummos cudi faciunt, inciderit in ejuſdem conſtitutionis penam ſeu multam; multa invenimus, quæ pro Rei deſenſione, & obtinenda abſolutione faciunt. Et in primis quidem, quod Actor concluſionem, & fundamentum libelli ſui reſtringat ad dictam conſtitutionem anni 1546. quæ conſiſtunt & copulative requirit venditionem & emptionem denariorum interveniente datione, & acceptione lucri vel in ſingulos denarios vel in ſingula denariorum centenaria. Et id quidem non ſimpliciter, ſed vel lucri ex pecunia ſeu denariis faciendi, vel ad alienos monetarios exportandi cauſa. Quæ ſine omnia, cū in faſto, ex quo Reus convenitur, non inveniantur vel allegata, vel probata, ex deſectu qualitatis, ex qua actio propoſita informatur, & obiecti delicti conditio circumſcribitur, neceſſe eſt Reum abſolvere, iuxta notitiam per Ioannem Andr. in c. 1. per illum tex. de homicid. lib. 6. Bart. in l. 1. §. quid

1. *quod autem Ne quid in sum. publ.* * Quoties enim obiecti delicti qualitates, quas vel lex vel constitutio, vel statutum requirit, non satis specificantur, vel specificata seu deducta non probantur, non potest ex non qualificato, uti oportet, delicto ferri sententia condempnatoria, Bald. in l. Ed. 12. c. De edendo, Alex. consil. 224. Viso processu inquisitionis vel. 2. Quemadmodum ex facto consultus in non ab simili specie respondit Philippus Decius, consil. 268 conclusio superius in princ. de statuto puniente mercatorem fallitum, malitiosè fugientem cum pecunia aliena; cuius statuti poenam decidit non habere locum, nisi qualitatibus concurrentibus; mercatura scilicet, foga, malitia, & aliena pecunie ablatione. † Usque adeo, ut cum intentionis fundamentum in huiusmodi qualitatibus consistat, exacta singularum probatio requiratur, Gloss. & Doct. in l. Eum autem de regor. gest. Alex. consil. 214. Annadversus nu. 1. vol. 2. etiam si quorundam probatio in alijs ex iuris presumptione conficiatur, & propter huiusmodi presumptionem contrarij probatio in adversarium rejiciatur, l. Generaliter §. si petum in fine De fideicom. libert. l. ult. in princ. De eo quod met. causa §. c. † ut est pauperitas, quæ etiam naturaliter presumatur, potius quàm divitiarum, probanda tamen ab eo est, qui pauperitatem intentionis suæ causam proponit, Gloss. Barr. & alij in l. Si vero §. qui pro rei d. Qui satisd. c. g. Bald. in l. Non prius in princ.
4. C. Quando fisci vel prius ar. † Item facti abnegatio; nam licet aliquid non esse factum de iure presumatur, quamdiu factum non negetur, Gloss. in l. 2. c. de erro. ad v. si tamen negativa facti sit causa intentionis probari debet, l. penult. §. docere & ibi Barr. & Bald. D. Ne quis eum qui in ius voc. Imo. in c. Super his ver. Sed quid dices De accusat. Salu. in Auth. Hoc amplius C. De fideicom. Vnde eleganter admonet Baldus, in l. Si qua non dicam nu. 3. c. de Episc. & cler. Advocatos, ut dum formant libellum seu articulos, observent verba legis vel statuti, & ijs probationes accommodent. Quod autem hac ex parte in defectu sit Actor, ex eo constat, quod dationem & acceptionem lucri pro permutatione pecunie nulla ratione probaverit, sine qua tamen secundum constitutionem prædictam delictum perfici nequivit; ut ex non perfecto delicto, agi aut poena infligi non potuit, Bald. in d. l. Si qui non dicam.
5. Neque in hoc articulo Reo ob stare potest confessio facta in instrumento fideiussionis; nam in præmis à Reo facta non est, sed à fideiussoribus; qui ut pacificando, l. Fideiussoris Dicitur pact. ita nec confitendo, Reo nocere potuerunt. Deinde ut facta dicatur à Reo, ex duobus capitulis obesse non potest: † Primo, quod rei evidentia appareat esse falsam; ex eo, quod conventio inter Franciscum Castillo & Reum flectit in nudis finibus conventionis, nec ultro citroque ulla traditio intervenerit; ut Actor satis fatetur in sua Reqlia: sic ut non magis nocere debeat huius confessio, quàm illius qui confessus est se hominem occidisse, qui adhuc vivit.
7. l. Inde Neratim §. fin. Ad leg. Aquil. † Secundò, cessante contrarij evidentia, non exoneraretur Actor probatione huius qualitatibus datæ & acceptæ pe-

pecunie, quod confessio quatenus à Reo facta est, in vinculis sit facta, ad instantiam & pro utilitate illius, qui in vincula coniecit: quo casu solet promissio & confessio incarcerati esse nullius momenti, Castren. imola & alij in l. Quibus a latronibus in princ. D. De testam. quia incarcerandi causa iniusta fuit, ut ex subiectis apparebit. Quibus rursus cessantibus, cum sola qualitas dan. i & accipiendi lucri per se nihil hic efficiat nisi ex causa emptionis & venditionis denariorum; nihil in præsentem operari potest exacta dati aut accepti lucri probatio, nisi accedente probatione venditionis & emptionis nummorum seu denariorum: emptionis, inquam, & venditionis perfectissima, interveniente scilicet reali & perfecta nummorum traditione. Ita ut, quamvis in prædicto fideiussionis instrum. ento extare videatur confessio emptionis 2000. Regalium; nulla tamen extet probatio traditionis eorundem ex huiusmodi causa; sed potius contrarij probatio per Actoris confessionem, dum per Replicam proponit traditionem non esse subsecutam propter ipsius impedimentum.

Quod autem emptionis & venditionis significationem in dicta constitutione restringamus ad extremam illius perfectionem, quæ verà ac reali nummorum numeratione constat, potius quàm quæ nudà dumtaxat conventionione pretij constituitur, etiam si alioqui per se perfecta habeatur, Inst. de empt. & vend. in princ. & ibi gloss. in verb. contrahitur, nullam absurditatem, sed summam probabilitatem habet. Nam generaliter in statutis vel constitutionibus poenalibus prohibentibus venditionem ac emptionem cuiuscumque rei sub poena, non est locus poenæ ex sola venditione, nisi ad traditionem processum sit. Ita enim respondit Baldus, consil. 314. Quædam sunt nu. 3. vol. 3. de statuto poenali prohibente venditionem in extraneum, ut non censetur in illud commississe, non subsecuta traditione. Ut etiam feudum propter solam venditionem sine consensu domini factam non amittitur, quamdiu traditio subsequuta non est, c. 1. §. calidus tit. De prohib. feud. alien. per Freder. Carol. Molin. ad consuet. Parisien. tit. 1. §. 13. gloss. 5. nu. 2. in verb. vend. nec à iure emphyteuticos cadit emphyteuta, vendens, non tamen tradens rem emphyteuticam irrequisito domino, latè l. as. in l. fin. nu. 132. in 19. quæst. c. De iure emphy. Cum effectu enim verba accipienda sunt, l. 1. §. hac autem verba D. Quod quisq. iuris c. Relatum de cler. non resid. nec omni iure perfecta dici potest venditio, non sequuta rei traditione, §. vendita Inst. de ver. divis. l. as. d. quæst. 19. nu. 131. Quod inspecta statuti seu constitutionis ratione & causâ finali in proposito omnino dicendum est: finis enim & scopus prohibitionis huius est poenalis; ne hac ratione vel imposititius valor denariorum crescat, vel harum Regionum pecunia ad exteras Regiones deferatur; ut ex dictæ constitutionis verbis aperte est videre, sub finem in claus. incip. Qui emptores, &c. Iam verò si ad solam conventionem verba referantur, neutrum quod pro causa prohibitionis est, eveniet; perveniente pecuniâ ad emptorem, qui eam esserat, aut maiore pretio postea exponat. Et sic cum

hic cum mens & ratio statuti essentialiter sit ipsum statutum, non cortex verborum, *Dynus in c. fin. de reg. iur. lib. 6. non tam verba, quam ratio inspicenda.*

Neque ad rem facit, quod sola venditio & emptio absque traditione delinquendi & committendi in constitutionem, conatum continet, at evidentissimum: nam in exorbitantibus à jure communi statutis & legibus municipalibus, solus conatus numquam punitur, sed delictum omnino consummatum requiritur, *Alex. & Decius in d. l. 4. §. hac autem verba. Quod quisque iuris statuta enim requirunt casum verum, non fictum, Felin. in tit. quando conatus punitur in §. fallentia Alex. conf.*

10. 15. *Viso processu vol. 1. t. 1.* Unde si extrahens frumentum extra civitatem penam afficiatur ex statuto, non punitur qui cum sacco in itinere, sed tamen non extra civitatem deprehensus, & ne efferrer impeditus est, *Bald. in d. l. si quis non dicam*

11. *nu. 1. l. 1. in d. §. hac autem verba nu. 5. t. 1.* Quinimo secundum terminos juris communis conatus ad delictum non punitur, nisi in atrocioribus & enormibus delictis; non item in levioribus, *Gloss. in l. praesenti in verb. cogitatione. C. de his qui ad eccles. Decius in d. §. hac autem verba, Felin. loco supra citato in §. fallentia, Bald. in l. si quis non dicam nu. 1. & est text. in l. Vi lani §. qui iuri. D. de fur.*

12. *tu. t. 1.* Atrox autem dici non potest, ex quo nulla poena corporalis sed tantum pecuniaria imponitur, quae quibusdam ne criminalis quidem appellanda videtur, etiam si fisco applicetur, sed civilis, *Bart. in l. Praetor in princ. de sepulchro viol. Panor. in rubr. de iur. nu. 5. (in qua abs. lute solus conatus non nocet, Bald. in d. l. si quis non dicam nu. 1.) praesertim si non ex delicto, sed illicito vetito, quae contractu fisco applicetur, Alex. not. ad Bartol. in l. 3. in princ. de sepulchro viol. ut est in poena hujus constitutionis. Et ut, quaecumque causa, ex qua pecunia fisco applicatur, criminalis dicatur (ut est communis receptum, *Angel. post gloss. in §. in summa l. in d. de iur. atrocem tamen non faciunt, nisi delicta nominata; ut est incendium, furtum, adulterium, l. 1. conf. 336. dubitatur an Nicolai vol. 2. quae & ipsa tamen gradus habent, & non perinde atrocia & pari odio sunt: sic ut inter levia numeretur furtum, aliaque privata, quae publicorum iudiciorum non sunt, Gloss. in l. Levius de accusat. Guido papa conf. 89. circa merita. Inter quae hujus constitutionis crimen numerari non potest; cum extraordinarium, exorbitantius non sit, & speciale nomen non habeat, neque ullam delicti atrocitatem per se habeat, cum paulo post diceretur, huiusmodi denariorum emptiones, permutationes jure communi non improbantur.**

Qua consideratione non admodum curandum videtur quod Actor obijcit, suo impedimento factum esse, quo minus hoc delictum fuerit consummatum, & numeri ultro citroque numerati, sic ut destinatione Rei satis videatur perfectum. *t. Nam licet Accursius in l. Qui ea mente in Glossa fin. D. de furis distinguat imperfectionem delicti, an ex voluntate ejus qui delinquere conatus est delictum non sit consummatum, quia noluit cum potuisset, sed poenitentia ab incepto desistit, an vero ex impotencia, quia cum vellet non potuit, qui majore*

aut alterius facto impeditus; ut illo casu conatus extra poenam sit, hoc casu punitur, quia per eum non steterit, quo minus consummatum sit, *arg. c. Com non fiat de reg. iur. lib. 6. l. In omnibus causis pro facto D. eod. tit. applicanda tamen est ista distinctio ad ea delicta, quorum conatus in genere punitur: non ad ea, quorum consummatio vel perfectio delibetur, in quorum numero jam diximus esse, quae ex statutis, non ex jure communi proficiuntur, quae atrocitatem delicti non habent; quaeque civilia magis, quam criminalia dici merentur; denique quae proprie non ex delicto, sed ex vetito contractu, qui per se crimini nullum habet, oriuntur: praesertim ubi non delinquendi, sed contrahendi negotiandi quae est propositum, t. Omnia enim delicta ex proposito & voluntate metiri oportet, *l. Qui iniuria de feri. & non tam eventum quam consilium in iis spectare. * Vnde adeo quod quilibet causa etiam iniusta, tuta & brevis exculat à dolo, Gloss. in l. plagii 2. C. ad leg. Elav. de plag. & in l. 1. de abig. l. 1. igitur. §. post de liber. causis, l. 1. conf. 37. Formatus est nu. 2. vol. 1. non tantum in levioribus criminibus, sed etiam atrocioribus, & quorum poena ultimum supplicium est, *Angel. in d. l. plagii in l. 1. in princ. de eo per quem faciam, in l. Praetor §. hac actio D. Vi bonor. rapt. sine quo dolo nullius criminis perfectio aut poena intelligitur; quem etiam non modò ex lata culpa, sed ex veris, exactis, ac propinquis circumstantiis, & indicij probare oportet, l. In lege Cornelia D. Ad leg. Corn. de sicar. l. volum. C. de dolo.***

Quod autem delinquendi conatus aut propositum in delicto Reo abierit, tribus potissimum ex causis deductum est. Prima est, quod Reus per se rei ex communi iuris dispositione illicitè operam non dederit: t. Nam licet emptio pecuniae proprie non sit, quia usus communis ab eo recedit, cum pecunia omnium aliarum rerum non proprie sui sit aestimatio: t. de contrah. empt. l. 1. veter. permut. l. si ita fideiorem de fideiuss. quin tamen esse possit, si usus ita potuisset, dubium non est. * Vnde videmus nec Aristoteli, lib. 5. Ethicor. nec Cicero, in Act. 5. in Verrem, in diversis nummorum generibus, nec Theologis, in Summa Angel. in dist. 1. supra nu. 5. Thomas de Vio in tract. 11. de cambijs in princ. improbat Collybium, hoc est pecuniae permutationem, quam Cambium appellamus; & collybisticam, seu camplorem negotiationem utilem reipublicae iudicari, & camplores in numero negotiatorum seu mercatorum computari, *verius rebus, ad cap. sit. Reg. parte 2. tit. de mercat. minut. vend. artic. 1. gloss. 1. nu. 18. Castren. in l. in eum D. de infortun. ad.* quod sine iis mercatura interdum commodè exerceri & explicari non possit, live de irajciendis nominibus, live de permutanda pecunia (quod minutum Cambium vocant) incidat necessitas, *Guidel. Budaeus in annotat. ad Pardes. ad l. ut. D. de pignor. ad. * Quinimo videmus etiam Camplores, hoc est argenti distractores, propter utilitatem, quae omnibus contrahibus conferunt, majoribus praerogativis donari, ut quaecumque militiam, praeter armatam, exercere possint, cum ab omni militia ceteri mercatores arceantur, *l. unica C. Negot. ut militent lib. 12.**

19 Secunda causa est, quod dictus Reus constitutionem hanc huiusmodi cambii, uti videtur, prorsus tollente, seu quod verius est restringentem, ne extra casum necessitatis, aut saltem non ad evehendam pecuniam aut illius valorem intendendum exerceantur, ignorarit & ignorandi iustam probabilemque causam habuerit, *Carol. Molin. de contr. quest. 99. nu. 745. Franc. Aret. conf. 11. procedendum est nu. 4.* quod huius patriae incolae non sit, sed Germanus, sub Germanico Imperio, & in patria Iuris Romani residens; & sic merito credere poterit idem hic illi licuisse, quod secundum terminos juris communis ei in Germania licuisset. Statuta enim & novae constitutiones locales, forenses non afficiunt, quam diu iustam & non affectatam habent eorum ignorantiam, *l. fin. de decret. ab etd. sciend. c. vt animatum De cons. lib. 6. tunc scilicet, cum pena imponitur pro facto aliquo non damnato iure communi, Gloss. Philip. Franc. & alij in d. c. vt animatum*; quale diximus esse hoc nunc cambium. Non potest autem non esse iusta, probabilis, & minimè affectata ignorantia forensis illius, qui sic recens advenit, & in loco novae constitutionis breviter tempore ha sit, quam quo factae novae constitutiones post earum insinuationem seu publicationem ligare solent, etiam illius loci incolas ac subditos; scilicet ducibus mensibus, *aut. vt facta nova constituit. col. 5. cons. 5.* ante quorum lapsum Reus post suum adventum in Belgium hoc cambium tentavit, concurrentibus praesertim alijs multis circumstantijs, quibus ut crederet cambium huiusmodi non esse vitium adduci potuit, veluti in primis quod ejusdem Belgij incolas inveniunt paratos ad cambium faciendum; quod inauditum fuerit ante eo nomine publice aliquem mulctatum fuisse; quod nulla verosimilitudo fuerit cambii minuta, iure communi alioqui permessa, aliqua constitutione prorsus abolita fuisse, quemadmodum nec dicta constitutione an. 1546. reverè abolita, sed tantum quoad abulum restricta fuerunt. Quod rursus nulla ferè pars dictae constitutionis in usum recepta fuerit; & non tantum non recepta, sed ex adverso contraria observatione oblitterata, quoad praecipuum illius caput, augmentum scilicet valoris impositionis seu extrinseci omnis generis monetae seu denariorum; observatione, inquam, non tantum privatoreum, sed etiam ipsius Regiae Majestatis, omniumque arario ipsius praefectorum in solvendis militum stipendijs, & alijs debitis. * Cum alioqui hoc Iuris communis dispositione & sanctione poenali cautum videatur, ut omnium solidorum uniforme & immutabile pretium habeatur, *l. fin. C. de vet. numis. potest. lib. 11.* nullo autem iure distractio, & emptio numerorum cum lucri aliquo incremento prohibita inveniatur, uti superius diximus. † Qui quidem contrarius dictae constitutionis usus & observatio hodie adhuc passim durat: imò crescit crescente paulatim omnium denariorum aestimatione extrinsecà. ‡

22 Est autem Iuri consentaneum, vide *Petrus Bel. Conf. Wamcf. Tom. 11.*

lugam hunc iuris artic. latissime tractantem in speculo Principum Rubr. 47. de publicatione fororum & privilegior. ut lex & dispositio Principis à subditis non acceptata, nec moribus utentium approbata, non liget subditos, praesertim quae sic non est observata sciente & tolerante Principe, Gloss. singularis in c. 1. in verb. exangere De reug. & pace, Alex. cons. 6. Viso themate nu. 2. vol. 1. Vt enim nulla alia ferè ex causa leges nos tenent, quam quod iudicio populi receptae, & in usum introductae sunt, *l. De quibus De legib.* ita quoque vinculum juris non habent, si vel reiectae vel receptae non sunt; vel receptae usu contrario in desuetudinem abierunt, Principe dissimulante, etiam si ab aliqua, minore tamen parte populi, reciperentur, *Pa. norm. in c. Quia circa De consang. †* Neque hic requiritur, ut cum contraventione & contrario communi ac publico usu concurret lapsus decem annorum; sed sufficit simpliciter talem usum contrarium existare, *c. Cum olim De cler. coniug. can. 1. dist. 4.* quia superior videtur tacite legem, seu constitutionem tollere, cum scit & patitur contrarium observari, *Franc. Aret. d. cons. 11. procedendum in fine, Lud. Rom. cons. 512.* Quoad primum in fine. Ita ut ad communem usum respiciens Reus, iusta excusari mereatur ignoratione; & ex contrario accusari possint, qui Iure magistratus & officij, Principis precepto neglecto, tolerantia & conniventia quadam ab initio transgressionem constitutionis passi sunt † Satis itaque est 24 Reo homini forensi hic allegare ignorantiam; quae magis etiam ubique praesumitur quam scientia, *l. Verus de probat. praesertim accedente Rei oblatione iuramenti super eo praestandi.* Cum alioqui ignorantiam constitutionis alleganti, inter duos menses à die publicationis, aut adventus sui in eam provinciam, ubi constitutio lata est, plenissime credatur, *Perr. Belluga loco supra citato nu. 15.* Quod in proposito certius dici potest, propter Rei minorem aetatem, ab actore etiam confessatam. ‡

25 Nam quamvis constitutiones Principum nec ignorare quemquam, nec dissimulare permittantur, *l. Constitutiones C. De iuris & facti ignor. eorum tamen ignoracione excusatur minor, non tantum in damno evitardo, sed etiam in lucro captando, l. Quamvis C. de iuris & facti ignor. in d. etiam in delictis atrocioribus, l. Auxilium De minorib. & quae naturalem turpitudinem non habent, sed more civitatis vel voluntate legislatoris, propter aliquod bonum publicum, probum habent, l. Probum de verb. significat.* Ita ut duplici ignorantia hic excusetur Reus; ratione aetatis, & quod fuerit forensis, seu extraneus.

Tertia causa est, quod constituta etiam 26 scientia dictae constitutionis, in eam impigisse non videatur Reus; qui neque studio evehendi, & alienas officinas monetarias deferendi (licet id constanter inculcet, & velut intentionis suae constituat fundamentum Actor) neque etiam lucri sui proprii causà id attente probatur: quod tamen fieri oportuit, cum

B

sit velut

fit velut causa & finalis ratio constitutionis; ut cessante causa prohibitionis, cesset prohibitio ipsa, l. 1. & ibi Bald. C. Si rector provin. & inducatur velut dispensatio contra prohibitionem, Bald. cons. 54. Statuto cavetur in fine vol. 2. Ita ut, cum hac ratione factum Rei in ambiguo sit, ex illius declaratione intelligi & accipi debeat, l. in ambiguo De reg. iur. factum esse pro sublevanda ipsius necessitate, ut permutata pecunia, literas cambij, quæ in Germaniam dirigantur, acquireret; utraq; pecunia, quam numeraturus & accepturus erat, Antwerpæ reliquæ. * Delicti enim nulla est præsumptio, l. Merito D. pro socio, ubi consilium, conatus, vel actus, de quo queritur, tam ad bonum, quam ad malum inclinare potest, And. Alciat. De præsumpt. reg. 3. cap. 1. vel in eo actu res versatur, quæ per se in genere illicita, & de genere prohibitorum non est; cum in penalibus causis benignius singula sint interpretanda, l. Factum §. fin. de regul. iur. † Sic itaque à reatu & pœna dictæ constitutionis exempto Reo principali, consequens est, ut & dictos fideiussores absolvendos esse dicamus: si quia fideiussorunt pro Reo non obligato, l. Fideiussor & obligati l. Fideiussor antequam de fideiuss. si quia causa fideiussionis ea est, ut absolute Reo necesse quoque sit fideiussores liberari: quia non cesserit dies, aut venerit, sed defecerit conditio fideiussionis; quia scilicet nullum contra Reum (secundum supra dicta) iudicatum esse potest; sed velut lite mortuâ fideiussoribus liberati censentur, l. 1. & 2. D. Iudicat. solvi, cum tantum iudicatum solvi promiserint. Quæ tamen conditio eveniente, non posset adhuc eadem esse ratio condemnationis fideiussorum, & ipsius Rei: eo quod limitata sit eorum fideiussio ad certam summam; quo casu non solet fideiussor ultra teneri, etiamsi Rei principalis maior sit obligatio, l. Fideiussoris §. pro Aurelio D. de fideiuss. Sed in hoc hærendum non esse putamus; quod Actor ipse huiusmodi obligationis diminutionem ultro confiteatur & admittat; & causam Rei in ea conditione esse demonstraverimus, ut nihil metuenda videatur ipsius condemnatio, sine qua ad fideiussores perveniri non poterit. Atque ita nobis de iure respondendum & iudicandum videtur.

De Emprione & Vend.

SUMMARIVM.

Venditiæ rei non traditiæ exceptio.

1. Venditor pro pretio agere nequit nisi rem venditam tradiderit.
2. Venditiæ rei traditio fit interdum per demonstrationem.
3. Precarium quomodo constituitur.
4. Possessio vacua est etiam in re alteri hypothecata.
5. Arresta moribus anno circumducuntur.
6. Arresta moribus resolvuntur in simplicem citationem.

CONSILIVM CCCVII.

ADVERSUS petitionem D. Maximiliani Dauchy Actoris petentis à M. Ludovico Wouters residuum pretij venditorum utensilium, obiicit idem Reus, quod maior pars ei tradita non sit; ideoque Actor residuum pretij petere non possit. † Nam ut emptor non soluto toto pretio rei venditiæ traditionem urgere non potest, l. Iulianus §. offerri D. de act. empti: ita nec venditor pretij solutionem exigere rebus venditis omnibus non traditis; ac proinde satis non sit, quod tam ex allegatione, quam ex confessione Actoris la prius in hac causa tam verbo quam scripto facta, atque item ex scedula continente specificationem rerum venditarum & quantitate pretij, quam Reus ipse exhibuit, constet de rebus, quæ venditiæ sunt, & de pretij certi conventioni, si non probetur quoque illarum traditio, quam probationem Actor facere tenetur, l. 2. D. De probat. Sed non ex bona fide est ea Rei siue exceptio, siue negatio. Nam in primis negatio Rei de non facta traditione, quamvis primo loco facta sit: indefinita & sic in effectu universalis est, quasi ex ips rebus nihil sit traditum; qui tamen pressus instante Actore postea respondit, non esse tradita quædam ex illis, specificando illa; per quam restrictam negationem inducitur aperta confessio de facta traditione aliarum, quæ specificando negata non sunt, c. Nome de præsumpt. Deinde quod eadem specificata, quæ Reus sibi tradita fuisse negat, convincitur ex suis proprijs allegationibus: † Verum quidem est Actorem Reo non tradidisse illa per translationem de manu ad manum; sed per demonstrationem & assignationem rerum in re præsentis: sic enim oculis & affectu fit traditio, & transfertur Rei venditiæ possessio, l. 1. §. si iusserim l. Quod meo §. si venditor D. de acquir. possess. Ita quod huiusmodi assignatio operetur actuale possessionem rei, quæ in conspectu seu præsentia est, Lud. Rom. cons. 48. In casu præmisso nu. 4. Guid. Papa cons. 71. pro decisione nu. 5. Confitetur autem Reus, quod tempore venditionis hæ res fuerint in domo Domicellæ Barbaræ Maelfier, in cuius domus quodam cubiculo Reus ex permissione dictæ Barbaræ gratis habitabat, & quod pars harum rerum tunc fuerit in eodem dicti Rei cubiculo, pars in ejusdem domus alijs locis, ita quod clarè appareat res in præsentia & aspectu tunc fuisse, nec translatione aut alia traditione aliqua opus fuisse: cum satis sit tempore venditionis rem quoquo modo apud emptorem esse, & quod venditor patiarur illam emptoris esse, §. Interdum Instit. De rer. divisi. De quo dubium non est, si corporalis rei venditiæ apprehensio quoque sequatur; ut in proposito casu accidit: nam in eadem scedula aperte confitetur Reus, quod ipse his rebus omnibus uti potuit; & in præsentia uti potest, imò quod ipsæ utatur: ita ut inde in qua